

Alte Drucke

**CATECHESIS || DAVIDIS || CHYTRÆI. || RECENS
RECOGNI=||TA, ET MVLTI DE-||finitionibus aucta. ||**

**Chyträus, David
Argentorati, 1589**

VD16 ZV 30868

QVARTVM PRAECEPTVM.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149135

septimi diei præcipit, qui vnâ cum cæteris ceremoniis Mosaicis abrogatus, & in locum eius prima dies hebdomadæ substituta est, qua Christus Dominus ex morte resurrexit,

Q V A R T V M

P R A E C E P T V M.

Honora Patrem & Matrem.

Quid est Honor?

HONOR est comprobatio alterius, tribuens ei præstantiam propter diuinum aliquod bonum, & propterea reuerenter se ei subiiciens.

Quæ sunt virtutes seu bona opera quarti Præcepti?

- I. Pietas seu philostorgia.
- II. Iusticia vniuersalis seu obedientia erga leges.

III. In-

III. *Iusticia distributiva.*

IIII. *Sedulitas.*

V. *Reuerentia.*

VI. *Gratitudo.*

I. **PIETAS** seu Philostorgia est virtus, quæ parentibus & liberis & cæteris sanguine iunctis tribuit convenientem honorem, & debita officia.

Peccata pugnancia cum pietate sunt Astorgia, Indulgentia & Impietas.

II. **IUSTICIA** vniuersalis est obedientia erga omnes Leges & Magistratus in societate politica, quæ honestis legibus regitur.

Quid est Politia?

POLITIA est legitima ordinatio certi cœtus hominum honestis legibus cum norma legis naturæ congruentibus

G ii

confociati, in quo per certos magistratus legibus ordinatos, iuxta certas leges, retinetur disciplina & pax, propter hunc finem principalem, vt in pace ciues sint quàm beatissimi & quàm maximè inter se amici, hoc est, vt doceri homines de D E O, & educari ac institui soboles, honestè regi disciplina, & colligi D E O æterna Ecclesia possit.

Quid est Magistratus?

MAGISTRATVS est gubernator Dei ordinatione constitutus, vt sit nutritius Ecclesiæ Dei & scholarum, & sit custos disciplinæ ac pacis, iuxta leges naturæ & congruentes leges, & sit executor legum, puniens pœnis corporalibus contumaces, & defendens contra iniuriam violentiam obedientes.

Extrema Iusticiæ sunt, Inobedientia seu contumacia, seu contemptus superiorum Magistratum & Legum, Seditio, & superstitiosa obseruatio quarumlibet legum.

III. IV.

III. IUSTITIA Distributiva est, quae proportionem Geometricam discernit gradus personarum & officiorum in vita, & singulis convenientem locum & honorem, & conveniens munus attribuit.

Extrema sunt, Confusio graduum, Tyrannis.

IIII. SEDVLITAS est Iusticia, suos cuique labores attribuens, & inclinans voluntatem, ut diligenter, fideliter, & constanter, propter Deum & communem salutem, faciat labores vocationi convenientes.

Extrema sunt Ignavia, & πολυπραγμοσύνη seu Curiositas.

V. REVERENTIA est virtus, qua tribuimus aliis suum locum, & dona Dei in aliis agnoscimus, & magnificamus, & agnoscentes nostram infirmitatem nos eis subiicimus, & hanc subiectionem externis significationibus declaramus.

Extrema sunt, superbia contemnens alios, & assensatio.

VI. GRATITVDO est Iusticia, quæ benemeritis debitam gratiam, cū animi beneuolentia, tū aliis officiis, reddit.

Extrema sunt, Ingratitudo, & simulario gratitudinis, quæ fit verbis inanibus.

Q V I N T V M

P R A E C E P T V M.

Non Occides.

Virtutes seu bona opera quinti Præcepti.

- I. Iusticia particularis.
- II. Iusticia puniens scelera.
- III. Fortitudo Bellica.
- IIII. Fortitudo Togata.
- V. Patientia Philosophica.
- VI. Man-